



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 113. Neapolis inauguratio a Pontifice utrique Regi concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

res ad Turcarum Imperatorem decrevisse, Sæcul. XVI. A.C. 1501.
 qui ejusdem auxilia implorarent. Ut res se habuerit, Fridericus sine moræ dispendio omnes, quotquot poterat, copias contraxit, circiter octingentos Cataphractos, ac quatuor peditum millia, qui sane exercitus repellendis Franciæ, ac Hispaniæ armis impar erat. Nihilominus Rex munimentis, vallisque Capuam firmavit; hanc enim urbem velut Martium campum recensendis suis copiis reservabat, illamque tuendam fidei Fabritii Columnæ, ac Hugonis de Cordonna committebat, qui unacum ducentis gravioris armaturæ Equitibus, & mille sexcentis peditibus sese intra moenia receperunt.

§. CXIII.

Neapolis inauguratio a Pontifice utriusque Regi concessa.

Interea Franciæ, ac Hispaniæ Legatum Romæ agentes, junctim Pontificis Palatium adibant, ut eidem, quæ inter utrumque Regem conventa essent, exponerent, simulque rogarent, ut cunctos foederis articulos, nullo etiam immutato, ratos haberet, ac cuilibet Regi petitam Neapolitani Regni inaugurationem concederet, adjectis quoque minis, Gallos æque ac Hispanos, si Papa diploma concedere renueret, contra Ecclesiæ

Hist. Eccles. Tom. XXXI. A a clesiæ

Scnul. XVI
A.C. 1501.

clesiæ ditiones arma, quæ ad Fridericum Regno deturbandum parata haberent, conversuros. Horum comminatio summo Pontifici haud minorem prope modum terrorem incussit, perinde ac si rebus suis extremum immineret periculum, si Neapolis Regem beneficiarium clientem suum amitteret, unde saltem tridui spatium ad deliberandum postulat, sed nequidem indultis trium horarum induciis, e vestigio postulatis annuere compellitur; itaque investituræ diploma quanto citius expediri jussit iisdem conceptum verbis, quibus illud dictare, ac formare Legatis placebat.

§. CXIV.

Tota ferme Calabria a Consalvo occupata.

Verum Consalvus eximia, qua pollebat, prudentia facile prospiciebat, amicitiam inter utrumque Regem haud diu stabilem fore, ac litigiosam Regni divisionem parum ab animorum dissensione abfuturam. Hac ratione permotus, maximi momenti ac ponderis esse existimabat, si victoriæ celeritate Gallos præverteret, ne illi clam victricibus ejus cohortibus impedimento essent: quocirca potissimam classis suæ partem ad Apuliæ oram, ductore Didaco de Mendoza, præcur-

Marian. lib. 27. n. 52.

Guic. lib. 5.